

18.

Der Dekan P(oppo), der Viztum R. und M(einhard) an Bischof G(unther): berichten über die Weigerung der Bamberger Ministerialen gegenüber dem Aufgebot des Bischofs, über die Rüstungen im Reich und andere Ereignisse.

(1063 etwa August.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 52.

Domno dilectissimo G. P. decanus, R.^a vicedomnus, M. suos se ipsos.

Cum ego R. a vobis discedens Babenberc^b venissem, collectis in unum ministerialis ordinis viris edicta vestra illis exposui, scilicet ut alter alterum solempni in procinctum sumptu instrueret. Tum illi paulisper inter se habita deliberatione uno ore mihi respondere neque consuetudinis neque iuris sui esse quod eis imponeretur, utpote cum semper bini singulos armare consueverunt. Addebant etiam duo locupletiores, qui inter eos sunt, malle se privato apparatu in presens voluntati vestre morem gerere, si forte id obsequiis valeant adipisci, ut ius suum integrum conditionemque illibatam^c optineant. Cum ergo ultro citroque in hanc partem plura dicerentur, illi etiam, quibus remittenda milicia videbatur, sub eadem excusatione in cameram vestram quicquam conferre abnuissent, omnibus precepi, ut vobiscum convenerat, ad vos proficisci. Mihi tamen compertum est plerosque tenuiores^d imparata fecisse, si non eos quorundam auctoritas et persuasio evertisset, quos ego presens vobis commodius insinuabo^e. § Episcopus Wirceburgensis miliciam¹, quam laudaverat, omnino detrectat, iactans se alieno questui et avaricie² nolle militare. § Neque comes Ekbertus³ illuc adveniet. § De Saxonia solus ille Pre-

18. a) B. c. b) scheint eher Babenbert c. c) illibatamque c.
d) tenuiores c. e) insiniabo c.

¹) Gemeint ist der Ungarnkrieg. Die herrschende Annahme, daß der Krieg erst Mitte August in Mainz beschlossen wäre (vgl. MEYER VON KNONAU 1, 342), ist unhaltbar. Am 7. August war der Hof noch in Goslar, am 20. August bereits in Erlangen, am 1. September in Ardagger an der Donau. Wenn dazwischen erst in Mainz der Krieg beschlossen worden wäre, wo bliebe dann die Zeit für die Rüstungen? Offenbar ist die Angabe der Annales Altahenses wiederum falsch (vgl. zu n. 15) und der Kriegsbeschluß nicht in Mainz, sondern bereits im Juni oder Juli in Goslar oder Allstedt anzusetzen. ²) Nämlich für Salomon von Ungarn. ³) Ekbert von Braunschweig.